

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Avli Gellii Noctivm|| Atticarvm Li-||bri Vnde vi||ginti**

**Gellius, Aulus**

**Venetiis, 1515**

Liber Sextvs.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-724024](#)

AULI GELLI NOCTIVM. ATTICA  
RVM COMMENTARII.  
LIBER SEXTVS.

Quem in modum responderit Chrysippus aduersus eos, qui prouidentiam consistere negauerunt.

Caput Primum

Omines fecisse dicitur tantam vim esse erūnarum, & malorum. aduersus ea Chrysippus, cum in libro τερπί προνόιας quarto differeret: nihil est prorsus istis inquit, insipidius, qui opinantur bona esse potius se, si non essent itidem mala. Nam cum bona malis contraria sint: utraq; necessarium est opposita inter se, & quasi mutuo aduerso quæq; fulta nisi consistere. Nullum adeo contrarium esse sine contrario altero. quo enim pacto iustitiae sensus esse posset, nisi essent iniuriæ? Aut quid aliud iustitia est, quād in iusticie priuatio? Qui item fortitudo intelligi posset, nisi ex ignauiae oppositione? Qui continentia, nisi ex intemperantiae? Quo item modo prudentia esset, nisi foret contra imprudentia? Proinde inquit homines stulti, cur non hoc etiam desyderant, ut ueritas sit, & non sit mendacium? Nanq; itidem sunt bona & mala, felicitas & infortunitas, dolor & uoluptas. Alterum enim ex altero (sicuti Plato ait) uertibus inter se contrarijs deligitum est. si tuleris unum, abstuleris utrumq;. Idem Chrysippus in eo

A. GEL.

dem libro tractat, consyderatq; dignū esse id quā  
putat. ēi τῶν ἀνθρώπων νόσοι nātā φύσις γίνονται.  
Idem naturā ne ipsa rerum uel prouidentia, quā  
pagem hanc mundi, & genus hominum fecit, molles  
quoq; & debilitates, et ægritudines corporum, quā  
patiuntur homines, fecerit. Existimat autem non se  
se hoc principale naturae consilium, ut faceret homi-  
nes morbis obnoxios. Nunquam enim hoc conuenient  
naturae authori, parenti q; rerum omnium bonorum  
sed cum multa inquit, at q; magna generet, pan-  
ret q; aptissima et utilissima, alia quoq; simul adju-  
ta sunt incommoda ijs ipsis, quæ faciebat, coheren-  
tia. Eaq; non per naturam, sed per sequelas quā  
dam necessari as facta dicit: quod ipse appellat  
nātā παρανολάθησις. sicut inquit, cum corporal  
minum natura fingeret, ratio subtilior, & uile  
ipsa operis postulauit: ut tenuissimis, minutissimis  
culis caput compingeret. Sed hanc utilitatem rem-  
ioris, alia quædam incommoditas extrinsecus an-  
cuta est: ut fieret caput tenuiter munitum, & istud  
offensionibusq; paruis fragile, proinde morbi quā  
& ægritudines partæ sunt: dum salus paritur.  
hercle inquit, dum uirtus hominibus per consilium  
naturae gignitur: uitia itidem per affinitatem con-  
riam nata sunt.

Quo itidem modo, & um, necessitatēq; fit  
stituerit, & esse tamen in nobis consilij, indicij,  
stri arbitrium confirmauerit.

Caput

II.



Atum, quod græci πεπρωμένυν, uel εἰ-  
μάρμένυν uocant, ad hanc ferme senten-  
tiam Chrysippus stoicæ princeps philoso-  
phiae definit. fatum est inquit, sempiterna quædam,  
et indeclinabilis series rerum, et catheна uoluens se  
metipsa sese, & implicans per æternos consequentæ  
ordines, ex quibus apta, connexaq; est. Ipsa autem  
uerba Chrysippi, quantum ualui, memoria adscri-  
psi, ut sic uerba eius interpretamentum videbitur  
esse obscurius: ad ipsius uerba animaduertat. In li-  
bro enim περὶ προφήτας quarto ἡ μάρμένυν, se dicit  
φυσικὴν σύνταξιν τῶν ὄλων ἐξ αἰδίσ τῶν ἐτέρων τοῖς  
ἴτεροις ἐπανολεύοντων καὶ μετὰ τοὺν μὲν ὅν ἀπαρα-  
βάτερ τὸν τοιάντινον συμπλοῦν. Aliarum au-  
tem opinionum, disciplinarumq; authores huic defi-  
nitioni ita obstreput: si Chrysippus inquiunt fato  
putat omnia moueri, & regi, nec declinari, transcen-  
diq; posse agmina fati, & uolumina, peccata quoq; ho-  
minum, & delicta non sustentanda, neq; inducen-  
da sunt ipsis, uoluntatibusq; eorum, sed necessitati  
uidam, & instantiæ, quæ oritur ex fato, omnū quæ  
sit rerum dominæ, & arbitra, per quam necesse sit  
fieri, quicquid futurum est. Et propterea nocentium  
pœnas legibus iniq; constitutas, si homines ad malefi-  
cia non sponte ueniunt: sed fato trahuntur. Contra  
ea Chrysippus tenuiter multa, & argute differit: sed  
omnium ferè, quæ super ea re scripsit, sententia hu-  
iuscemodi est. Quāquam ita sit inquit, ut ratione  
quadam necessaria, principali, & coacta, atq; conne-  
cta sint fato omnia, ingenia tamen ipsa mentium no-

A·G E L.

strarum perinde sunt fato obnoxia, ut proprietatum est ipsa qualitas. Nam si sunt per naturam promptus salubriter, utiliterque; ficta, omnem illam non quae de fato extrinsecus ingruit: inoffensus, trahit latusque; transmittunt. Sin uero sunt aspera, et infusa et rudia, nullisque; artium bonarum administrata: et etiam si parvo siue nullo fatalis incommode afflictu urgeantur: sua tamen leuitate, et uoluntate impetu in assidua delicta, et errores ruunt. Ite ipsum ut ea ratione fiat: naturalis illa, et necessaria rerum consequentia efficit: quae fatum uocatur. Ex genere ipso quasi fatale, et consequens, ut malum genia peccatis, et erroribus non uacent. Huic deinde rei exemplo non hercle nimis aliene, neque ille per uititur. Sicut inquit, lapidem cylindrum si per speciem terrae prona, atque derupta iacias: causam quidem, et initium precipitantiæ feceris: mox tamen ille precepis uoluitur: non quia tu id iam facis: sed quoniam ita sese modus eius, et formæ uolubilitas habet: sub ordo et ratio et necessitas fati, genera ipsa et principia causarum mouet: Impetus uero consiliorum, metuumque; nostrarum, actionesque; ipsas, uoluntas cuiusque propria, et animorum ingenia moderantur. Infondeinde uerba haec ies, quae dixit congruentia. Ην πότε τῶν πυθατορῶν δύτως ἔριται.  
γνώση δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πάμαθε ἐλόντας  
ώς τῶν βλαβῶν ἐκάστοις ταῦτα αὐτοῖς πνομένων, καὶ καδρύντα τῶν αὐτῶν ἀμαρτανόντων τὲ καὶ βλαπτομένων, καὶ κατὰ τὴν αὐτῶν διάνοιαν καὶ πρόθεσιν. Propter eanagat oportere ferri audiriique; homines aut nequam,

ignatos, et nocentes, et audaces, qui, cum in culpa  
et in maleficio reuicti sunt: perfugiunt ad fati neces-  
sitatem, tanquam in aliquod fani asylum, et quae pes-  
sime fecerunt: ea non sive temeritati, sed fato esse at-  
tribuenda dicunt. Primus autem Homerus sapientis-  
simus et antiquissimus poetarum dixit in hisce uer-  
sibus.

Ὥ πότοι. οἰον δ᾽ οὐ θεοὺς βροτοῖ αὐτοί οὐται.

ἴξιμέων ταῦτα φασὶ ναῦ ἐμεναι, οἱ δὲ οὐτοὶ<sup>τοῖς</sup>  
οφοῖς απαθαλίησιν ὑπὲρ μόρον, ἀλλ᾽ εἰ χουσιν.

Itaq; M. Cic. in libro, quem de fato conscripsit, cum  
quæstionem istam diceret obscurissimam esse, et im-  
plicatissimam, Chrysippum quoq; philosophum non  
expedisse se in ea refert his uerbis. Chrysippus  
astuans, laboransq; quoniam pacto explicet, et fato  
omnia fieri, et esse aliquid in nobis, intricatur hoc  
modo.

Historia sumpta ex libris Tuberonis de serpente  
in usitatæ longitudinis. Cap. III.

Vero in historijs scriptum reliquit, bello  
primo punico Attulum Regulum COS. in  
Africæ castris apud Bagradam flumen po-  
situs, prælium grande, atq; acre fecisse aduersus unū  
serpentem in illis locis stabulantem in usitatæ immi-  
nitatis. Eumq; magna totius exercitus conflicitio-  
nibus, atque catapultis diu oppugnatum. Eiusq;  
interfecti longum corium pedes centum et XX. Ro-  
mam misisse.

A. GEL.

Quid idē Tubero in historijs de Attilio Regulo  
Carthaginensibus capto literis mandauerit. Q  
etiam Tuditanus super eodem Regulo scripsit.

Caput

III.

Vod satis celebre de Attilio Regulo, idem  
q perrime legimus scriptum in Tuditanus, scrip  
bris Regulum captum ad ea, quae in sua  
Romæ dixit suadens ne captiuū cum Carthagin  
bus permittarentur: id quoq; addidisse. Venenū  
bi Carthaginenses dedisse, non præsentaneum, sed  
iusmodi, quod mortem in diem proferret: eo consil  
ut uiueret quidem tantisper, quoad fieret permis  
tio. Post autem grassante sensim ueneno cor trah  
ret. Eudem Regulum Tubero in historijs redisse Ca  
thaginem, nouisq; exemplorum modis excrucia  
a Poenis dicit. In atras inquit, et profundas tra  
bras eum cludebant: ac diu post, ubi erat nisi  
ardentissimus: repente educebant: et aduersus ihs  
solis oppositum continebant. Atq; intendere in  
oculos cogebant. Palpebras quoq; eius, ne commo  
posset: sursum, ac deorsum diductas insuebant. Tu  
ditanus autem somno diu prohibitum, atq; ita  
privatum refert. Idq; ubi Romæ cognitum est: x  
lissimos Poenorū captiuos liberis Reguli a se  
deditos, et ab ipsis in armario muricibus præfixo  
stutios, eademq; insomnia cruciatus interisse.

Quod Alphenus iuris consultus in uerbis Neh  
ribus interpretandus, errauit. Cap. V.

Lphenus iureconsultus, Ser. Sulpitij discipulus, rerumq; antiquarum non in curiosus in libro digestorum XXX. &. IIII.

conlectaneorum autem secundo in fōdere inquit.

Quod inter Po. Ro. & Carthaginēses factum, et scriptum inuenitur, ut Carthaginēses quotquot annis Po. Ro. darent certum pondus argenti puri putumq; est quid esset argentum purum putum. respōdi ego inquit, esse purum putum ualde purum, sicut nouum nouitium dicimus, & proprium propriū augere, atq; intendere uolentes noui, & propriū significationem. Hoc ubi legimus, mirabamur eādem affinitatem uisam esse Alpheno puri & puti, quae si noui, & nouitij. Nam si esset, puritum tum sāne uideretur dici, quasi nouitium. id etiam mirum fuit: quod nouitium per augendi figuram dictum existimauit, cū sit nouitū non qđ magis nouum sit: sed quod à nouo dictum, iclinatumq; sit. Is ergo assentimus, qui putum esse dicunt a' putando dictum, & ob eam causam prima syllaba breui pronuntiat non longa, ut ex stimasse Alphenus uidetur, qui a' puro id esse factum scripsit. Putare autem ueteres dixerunt, uacantia ex quaq; re, ac non necessaria, aut etiam obstantia, & aliena auferre, & excidere, & quod esset utile, ac sine uitio uideretur: relinquere. Sic nanq; arbores, & uites, & sic etiam rationes dictae putari. Verbum quoq; ipsum puto, quod declarādā sententiā nostrā causa dicimus, non signat profecto aliud, quā id agere nos in re dubia, obscurāq; ut decessis, amputatisq; falsis opinionibus, quod uideatur



A.GEL.

esse uerum, & integrum, & incorruptum retine-  
mus. Argentum ergo in carthaginensi fœdere  
putum dictum esse quasi ex putatum, ex coctumq;  
mniq; aliena materia carens, omnibusq; ex eo n*on*  
detractis, emaculatum, et cœn*defactum*. Scriptio  
autem purum putum non in carthaginensi sol  
fœdere, sed cum iin multis alijs ueterum libris,  
etiam in Q. quoq; Enniij tragedia, que inscribitur  
Alexander, et in Satyra M. Varronis, que iscripta  
dis trādēt̄s oī rēport̄s.

Temere, inepteq; reprehensum esse à Iulio  
gino Virgilium, quod præpetes Dædali pennar  
xit: atq; ibi quid sint aues præpetes. Et quid  
sint aues, quos Nigidius inferas appellauit.

Cap. VI.

22 Aedalus (ut fama est) fugiēs minōiareg  
22 d Præpetibus pennis ausus se credere  
22 Insuetum per iter gelidas enauit ad ar  
In his Virgilij uersibus reprehendit Higinus pa  
tibus pennis, quasi in proprie, & inscite dictam  
præpetes inq; aues ab auguribus appellantur,  
aut opportune præuolant: aut idoneas sedes capi  
Non apte igitur usum uerbo augurali existimari  
Dædali uolatu nihil ad augurum disciplinam pa  
tinente. Sed Higinus nimis hercle ineptus est:  
quid præpetes esse se scire ratus est, Virgilium  
tem, & Trimatiū doctum uirum ignorasse:  
in secundo iliadis uictoriā uolucrem præpetem  
pellauit in hoc uersu.  
22 Dum dat uincēti præpes uictoria palmam.  
Cur autem non Q. quoq; Enniū reprehendit?



in annalibus, non ut Virgilius pennas Dædali præpetes, sed longe diuersius inquit. Quid  
brundusium pulchro præcinctum præpete portuſ  
Et si uim potius, naturamq; uerbi conſyderasset: neq;  
id ſolum, quod augures dicerent, inſpexisſet: ueniā  
proſuſ poſtis dareſ ſimilitudine, ac translatione uer  
borū non ſignificatione uentib⁹. Nā quoniam non  
ipſe tantum aues, quæ proſperius præuolant: ſed et  
loci, quos capiunt: q̄ idonei, felicesq; ſunt: præpetes  
appellantur: Icirco Dædali pennas præpetes dixit,  
qm̄ ex locis, in qbus periculu metuebat: in loca tutiora  
puenerat. Locos porro præpetes et augures appellat.  
Et Ennius in annalium primo dixit.

Præpetibus hilares ſeſe, pulchriſq; locis dant.  
Aibus autem præpetibus contrarias auers inferas  
appellari Nigidius Figulus i libro primo auguriū pri  
nati ita dicit. Discrepat dextra ſinistræ, præpes infe  
rae. Ex quo eſt coniectare præpetes appellatas, quæ al  
tius, ſublimiusq; uolitēt: cū differre a præpetibus Ni  
gidius inferas dixerit. Adoleſens ego Romæ, tū cum  
enī ad grammaticos itare: audiui A pollinarē Sulpī  
tium, quem in primis ſectab⁹, cum de iure augurio  
quereretur: et mentio præpetum auīū facta eſſet: e L.  
claro præfecto urbis dicere præpetes ſibi uideri eſſe  
alites, quas Homeruſ ταῦτα πυρᾶς, appellauerit.  
Quoniam iſtas potiſſimum augures ſpectarent: quæ in  
gentibus aliis patulæ, atq; porrectæ præuolarēt. Atq;  
ibi hos Homeruſ uerſuſ dixit.

τὸν δὲ ὀιωνοῖσι ταῦτα πυρᾶς οὐλαίνεις  
τελεῖσθαι, τῶν ἔτι μετατρέπομαι οὐδὲ αἰεὶ γίγω.



A. G E L.

De Acta Larentia, & Caia Tarratia, degine sacerdotij fratrum Arualium. Cap. V.

Cœ Larentiae, & Caie Tarratiae, sua suffetia est, nomina in antiquis annals celebria sunt. Earum alteræ post mortem Tarratiae autem uiuæ amplissimi honores a Ro. habitu, & Tarratiam quidem uirginem fuisse lex horatia testis est: quæ super ea ad populata, qua lege ei plurimi honores fiunt. Interius quoq; testimonij dicendi tribuitur. Testibilia omnia fœminarum ut sit, datur. Id uerbum ipsius legis Horatiæ. Contrarium est in XII. lis scriptum. In probus, intestabilisq; esto. Præsi quadraginta annos nata sacerdotio abire, re uoluisset: ius ei potestasq; ex augurandi, abendī facta est, manificentiae, & beneficij gratia campum Tiberinum, siue Martium Po. Ro. an nasset. Sed Acta Larentia corpus in uulnus pecuniamq; emeruerat ex eo quæstu uberem. ut in Antiatis historia scriptum est: Rom regem, ut quidam alijs tradiderunt, Po. Ro. bonum hæredem fecit. Ob id meritum a flamine quirin. crificium ei publice fit, & dies e' nomine eius additus. Sed Sabinus Massurius in primo m rabilium secutus quosdam historiæ scriptores, Acta Larentiam Romuli nutricem fuisse dicit. Ea in mulier ex. XII. filijs maribus unum morte am. In illius locum Romulus Acca Larentia se dedidit. Seq; & cæteros eius filios fratres arvali

pellavit. Ex eo tempore collegium mansit fratum  
arnalium numero. XII. cuius sacerdotij insigne est  
spica corona, et albæ infulæ.

De Alexandro, et de P. Scipione memoratu di-  
gna. Caput VIII.

Ppion græcus homo, qui πολυτελες est ap-  
pellatus, facilis atque alacris facundia fuit.  
Is, cum de Alexandri Regis laudibus scri-  
beret, uicti inquit, hostis uxorem facie inclyta mulie-  
rem uetus in conspectum suum deduci: ut eam ne oculis suis quidem contingeret. Lepida igitur quaestio agi-  
tari potest, utrum uideri continentiores par sit. P. ne  
Africanum superiorem, qui Carthagine ampla ci-  
uitate in Hispania expugnata, uirginem tempesta-  
nam, forma egregiam, nobilis uiri hispani filiam ca-  
ptam, perductamque ad se patrii inuiolatam reddidit:  
an regem Alexandrum, qui Darij regis uxorem, eam  
dem eiusdemque sororem prælio magno captam, quam  
esse audiebat exuperanti forma, uidere noluit: per-  
ducique ad se prohibuit. Sed hanc utraque declama-  
tunculam super Alexandro, et scipione celebra-  
uerint, quibus abunde et ingenio, et otio, et uerborum  
est. Nos satis habebimus, quod ex historia est, id di-  
cere. Scipionem istum, uero ne an falso, incertum: fa-  
ma tamen, cum esset adolescentes, haud sincera fuisse, et  
propemodum constitisse hosce uersus a' Cn. Nevio poe-  
tam eum scriptos esse.  
Etiam qui res magnas manu saepe gessit gloriose.



A · G E L ·

» Cuius facta uina nunc uigent, qui apud gentes  
» Præstat, eum suus pater cum pallio uno ab am  
» duxit.

His ego uersibus credo adductum Valerium  
tem aduersus cæteros omnes scripres de Scipion  
ribus sensisse: & eam puellam captiuam nonn  
tam patri scripsisse: contra quam nos suprad  
miss, sed retentam a Scipione, atq; in delitijs, am  
busq; ab eo usurpatam.

Locus exemptus ex annalibus L. Pisonis histor  
& orationis lepidissimæ. Caput

Vod res uidebatur memoratu digna,  
fecisse Cn. Flauium Annij filium, a  
lem curulem L. Piso in. III. annali  
psit. Eaq; res perquam pure, & uenuste narrat  
Pisone: locum istum totum ex Pisonis annali comp  
sumus. Cn. inquit, Flavius patre libertino na  
scriptum faciebat. Isq; in eo tempore ædili curu  
parebat, quo tempore ædiles subrogantur. Eumq;  
mæ tribus ædilem curulem renuntiauerunt. At  
lis, qui comitia habebat, negat accepere. Neq; sibi  
cere, qui scriptum faceret: eu ædilē fieri Cn. Fla  
Annij filius dicitur tabulas posuisse, scriptu se  
dicasse. Isq; ædilis curulis factus est. Idem Cn. Fla  
us Annij filius dicitur ad collegā uenisse uisere ap  
tum, & in conclave postquam introiuit adolescentem  
ibi complures nobiles sedebant. Ii contemnentes  
assurgere ei nemo uoluit. Cn. Flavius Annij fili



ædilis id arrisit. sellam curulem iussit sibi afferri.  
Eam in limine apposuit, ne quis illorum exire pos-  
set. Vtq; y omnes iuini uiderent se in sella curuli  
sedentem.

Historia super Euclide Socrati, cuius exemplo  
taurus philosophus adhortari adolescentes suos so-  
litus, ad philosophiam gauiter sectandam.

## Caput X.

Hilosophus Taurus uir memoria nostra in  
disciplina platonica celebratus, cum alijs bo-  
nis multis, salubribusq; exemplis hortaba-  
tur ad philosophiam capescendam: tum uel maxime  
ista re animos iuuenum expergebat, Euclidem quā  
dicebat socraticū facilitauisse. Decreto inquit, suo A-  
thenienses cauerant: ut qui Megaris cuius esset, si intu-  
lisse Athenas pedem prehensus esset: ut ea res ei ho-  
mini capitalis esset. Tanto Athenienses iquit, odio fla-  
grabant finitimarum hominum Megarensiū. Tum  
Euclides, qui ididē Megaris erat: q'q; etiā ante id de-  
cretum esse Athenis, et audire Socratem consue-  
uerat: postquam id decretum sanxerunt: sub noctem  
prius quā aduerserat, tunica longa muliebri in-  
diuus, et pallio uersicolore amictus, et caput, et ora  
uelatus, e domo sua megaris Athenas ad Socratē co-  
meabat: ut uel noctis aliquo tempore consiliorum, ser-  
monumq; eius fieret particeps. Rursusq; sub lu-  
cem millia passuum paulo amplius uiginti eadem ue-  
ste illa tectus redibat. At nunc iquit, uidere est phi-  
losophos ultro currere, ut doceant, ad fores iuuenū  
diuitum: eosq; ibi sedere, atq; operiri prope' ad me-



A · GEL ·

ridiem , donec discipuli nocturnum omne  
edormiant .

Verba ex oratione Q. Metelli Numidici, que  
buit meminisse ad officium gravitatis, dignitatis  
tæ decentia .

Caput

XI.

Vm inquinatissimis hominibus non es-  
titio decertandū, neq; in male dictis ad  
sus impudentes, et improbos uelut  
quia tantisper similis, et compar eorum fia-  
paria, et consimilia dicas, atq; audias, non ma-  
ex oratione Q. Metelli Numidici sapientis  
gnosci potest: quā ex libris, et disciplinis philo-  
rum. Verba hæc sunt Metelli aduersus Caium  
lium tri. pl. a quo apud populum in concione lan-  
tus, iactatusq; fuerat dictis petulantibus. Nam  
ad illum attinet quirites, quoniam se ampliore  
tat esse, si se mihi inimicum dictitauerit: quem  
hi neq; amicum recipio: neq; inimicum respicio:  
ego non sum plura dicturus. Nam eum indig-  
num arbitror, cui a' uiris bonis bene dictatur.  
ne idoneum quidem, cui a' probis male dictatur.  
si in eo tempore huiuscmodi homunculum na-  
nes, in quo punire non possis, maiore honore,  
contumelia affiras.

Quod neq; testamentum sicuti Seruius Sulpi-  
existimauit, neq; facellum sicuti Trebatius, dup-  
uerba sunt, sed a' testatione productum alterum  
alterum a' sacro diminutum. Caput XII  
Seruius

Eruius Sulpitius Iureconsultus uir ætatis  
suæ doctissimus, in libro de testamentis se-  
cundo, qua ratione adductus testamentum  
uerbum esse duplex scripsit: non reperio. Nam com-  
positum esse dixit a' mentis contestatione. Quid i-  
gitur calciamentum? quid paludamentum? quid pa-  
nimentum? quid uestimentum? quid alia mille per  
huiuscmodi formam producta? Etiam ne ista omnia  
composita dicemus? Obrepisse autem uidetur Seruio,  
uel siq; alius est, qui id prior dixit: falsa qdē, sed nō  
abhorrens, neq; inconcinna, quasi mentis quædam in  
hoc uocabulo significatio. sicut hercle C. quoq; tre-  
batio eadem concinnitas obrepit. Nam in libro de re  
ligionibus secundo. Sacellum est inquit, locus par-  
ius deo sacratus cum ara. Deinde addit uerba hæc,  
Sacellum ex duobus uerbis arbitror compositum, sa-  
cri, & cællæ, quasi sacra cælla. Hoc quidem scri-  
psit Trebatius. Sed quis ignorat facellū & simplex  
uerbum esse, & non ex sacro, & cælla compositum,  
sed ex sacro diminutum?

De quæstionibus apud Taurum philosophum in  
coniuio agitatis, quæ symposiacæ vocantur.

## Caput

## XIII.

Actitatum, obseruatumq; hoc Athenis est  
ab ijs, qui erant philosopho TAURO iunctio-  
res, cum domum suam nos uocaret: ne o-  
mnino (ut dicitur) immunes, & a symboli uenire-  
mus: coniectabamus ad coenulam non cupedias cibo-  
rum, sed argutias quæstionum. Vnusquisq; igitur no-

n



A.GEL.

strum commentus, paratusq; ibat, quod querens  
ratq; initium loquendi, eundiq; finis. Quærebis  
autem nec grauia, nec uerenda, sed i'vbo p'p'  
quædam lepida, & minuta, & florentem n.  
no animum lacescentia. Quale hoc ferme est si  
tilitatis ludicræ quod dicam. Quæsitum est qu  
do moriens moreretur? cum iam in morte esset,  
tum etiam, cum in uita foret. Et quando surg  
surgeret, cum iam staret? an tum etiam cum sedent?  
Et qui artem disceret, quando artifex fieret, si i  
esset, an tum cum etiam non esset. Vtrum enim hu  
dicas, ab surde, atq; ridicule dixeris, multoq; abs  
us uidebitur: si aut utrumq; esse dicas, aut neutrū  
Sed ea omnia, cum captiones esse quidam futilis,  
inanes dicerent: Nolite inquit Taurus, hæc, quæ  
garum aliquem ludum aspernari. Grauissimi ph  
sophorum, super hac re serio quæsuerunt. Et  
moriendi uerbum, atq; momentum, manente de  
uita dicti, atq; fieri putauerunt. A lij nihil in eō tem  
pore uitæ reliquerunt. Totumq; illud, quod mori  
citur, morti vindicauerunt. Item de cæteris simili  
in diuersa tempora, & in contrarias sententias dis  
serunt. Sed plato inq; noster, neq; uitæ id t'pus  
morti dedit. Idemq; in omni consimilium rerum  
sceptatione fecit. Vidit quippe utrumq; esse pugna  
neq; posse ex duobus contrarijs, altero manente, d  
rum constitui. Quæstionemq; fieri per diuersorum  
inter se finium, mortis & uitæ cohærentiam, &  
co peperit ipse, expressitq; aliud quoddam non  
in confinio tempus: quod uerbis proprijs, atq; in

gris τὸν ἐξαίφνιον φύσιν appellauit. Idq; ipsum ita ut dico, inquit, in libro, cui παρμενίδης titulus est, scriptum ab eo reperietis τὸν αὐτὸν ἐξαίφνιον τοιοῦτον τονε συμβάντα. ὡς ἐξ εἰκόνου μεταβάλλον δῆς ἐπερον.

Talia apud Taurum symbola, et alia, quae erant secundarum mensarum, ut ipse dicere solitus erat, πρᾶγματα.

Puniendis peccatis tres esse rationes à philosophis attributas. Et quamobrem Plato duarum ex ijs meminerit.

Cap.

XIII.

Vniendis peccatis tres esse debere causas existimatū est. Una est, quae virtutia, uel κόλασις, uel παραιτεσίς dicitur, cum poena adhibetur castigandi, atq; emendādi gratia, ut is, qui fortuito deliquit, attentior fiat, correctiorq;. Altera est: quam ij, qui uocabula ista curiosus diuiserunt, τιμωρία appellant. Ea causa animaduertendi est, cum dignitas, authoritasq; eius, in quem est peccatum, tuenda est, ne prætermissam animaduersio contemptum eius pariat, et honorem leuet. Idcircoq; id ei uocabulum à conseruatione honoris factum putant. Tertia ratio vindictæ est, quae παράτιμα à græcis nominatur, cum punitio propter exemplū necessaria, ut cæteri à similibus peccatis, quae prohiberi publiatus interest: metu cognitæ penæ deterreantur. Idcirco ueteres quoq; nostri exempla, pro maximis, grauiissimisq; penis dicebant. Quādo igitur aut spes magna est, ut is q; peccauit ci-

A. GEL.

tra poenā, ipse sese ultro corrigat: aut spes contraria  
la est emendari eū posse, et corrīgi, aut iacturam  
gñitatis, in quā peccatum est, metui non necessum  
aut non id peccatum est, cuius exemplo necessario  
tu fisciendū sit: tum quicqđ ita delictum est, p  
sane dignum esse imponendæ poenæ studium nō  
est. Has tres ulascendi rationes et philosophi  
plurifariam, & noster Taurus in primo communi  
riorum, quos in Gorgia Platoni composuit, scripsit  
reliquit. Plato autem ipse uerbis apertis duas sol  
esse puniendi causas dicit. Vnam, quam primo in  
eo propter corrigendum, alteram, quam in tertio p  
pter exempli metum posuimus. Verba sunt hec:  
tonis in Gorgia, προσίνει δέ παντὶ, τῷ μὲν τιμω  
μένω ὑπὸ ἀλλάς ὁρθῶς τιμωρε μένω βελτίων γινε  
ναι ὅντας τὴν παράδρυμα ἀλλοι γίνεσθαι γινόμενοι  
ὁρῶντες πάχοντα φοβού μενοι βελτίων γίνονται.  
In hisce uerbis facile intelliges tūmapiac Platoni  
dixisse, non, ut suprascripti quosdam dicere: sed  
ut promiscue dici solet, pro omni punitione. An in  
tem quasi omnino paruam, et contemptu dignam  
terierit poenæ sumendæ causam propter tuendam  
si hominis autoritatem: an magis quasi ei, quam  
bat, r ei non necessariam prætermiserit: cum de  
nis non in uita, neq; inter homines, sed post uitatu  
pus capiendis scriberet: ego in medium relinquo.

De uerbo quiesco, an e litera corripi, an produc  
beat. Caput XV.



Micus noster homo multi studij, atq; in bonarum disciplinarum opere frequens uerbum quiescit, usitate e litera correpta dixit.

Alter item amicus, homo in doctrinis, quasi in præfigijs mirificus, communiumq; uocum respuens nimis, et fastidiens barbare eum dixisse opinatus est: quoniam producere debuisset, non corripere. Nam quiescit ita oportere dici prædicauit, ut calescit, nitescit, stupescit, atq; alia huiuscmodi multa. id etiam addebat, quod quies e producto non breui diceretur. noster autem, qua est omnium rerū, uerecunda mendicitate, ne si Heliū quidem Cincij, et Satyri dicendum ita censuerint: obsecuturum se fuisse ait contra perpetuam latinæ linguae consuetudinē. Neq; se tam insigniter locuturum, absonta ut inauditaq; diceat, Literas autē super hac re fecit iter exercitia quædam ludicra. Et quiesco non esse his simile, quæ supra posui, nec a quiete dictum sed ab eo quietem. Gracæq; uocis ἔχον οὐαὶ στονον ionice a uerbo ἔχω ἔχω, et modum et originem uerbum illud habere demonstrauit. Rationibusq; haud sane frigidis docuit quiesco e litera longa dici non conuenire, ut dicere eiusmodi quissiam, qui tumultuarijs, et modicis lingue exercitationibus ad famam se facundiæ permiserat, neq; orationis latinæ modos, usurpationes uillas dicerat.

Notum uerbum deprecor a poeta Catullo inusitate quidem, sed apte positum, et proprie, deq; ratione eius uerbi, exemplisq; ueterum scriptorum.

A·G E L.

Vm in Lycio forte uespera ambularem  
uir quidam ludo ibi nobis et voluptati  
it nam cum esset uerbum deprecor docto  
cule posatum in Catulli carmine quia id ignorabam  
frigidissimos uersus esse dicebat : omnium quidam  
meo iudicio uenustissimos : quos subscripti.

- » Lesbia mi dicit semper male : nec tacet unquam
- » De me dispeream, me nisi Lesbia amat.
- » Cui ego quasi eadem totidem mox deprecor illi
- » Assidue uerum dispeream nisi amo.

Depreco hoc in loco uir bonus ita dictum esse per ut plerumque a vulgo dicitur : quod significat ualde cor, et oro et supplico. In quo de præpositio ad gendum, et cumulandum ualeat. Quod si ita esset, ingidi sanè uersus forent. Nūc enim contra omnino Nam de præpositio, quoniam est anceps in undemque uerbo diuersitatem significationis capit. Si enim deprecor a' Catullo dictum est, quasi detestor uel execror, uel depello, uel abominor. Cōtra autem ualeat cum Cicero pro P. Sylla ita dicit. Quādā torum hic uitam a' Sylla deprecatus est. Item in dissuasione legis agrariæ. Siqd deliquerō, nullae sunt imagines, quæ me a' uobis deprecantur. Sed neq; lus Catullus ita isto uerbo usus est. Pleni adeo sumbri ueterum similis in hoc uerbo significationis. Ex quibus unum et alterum, quæ suppetierant, apposui. Q. Ennius in Erechtheo non longe secus dixit, quādā Catullus.

- » Quibus nunc inquit erumna mea libertatem par
- » Quibus seruitutem mea miseria deprecor?

significat abigo, & amelior, uel prece adhibita, uel  
quo alio modo. Item Ennius in Cresphonte.  
Ego cum meæ uitæ parciam, letum inimico deprecor.  
cic. in lib. VI. de rep. ita scripsit. Quod quidem  
eo fuit maius, quia cum in causa pari colle gæ essent:  
nō modo inuidia pari non erant: sed et Claudi⁹ inui-  
diam Gracchi charitas deprecabatur. Hic quoq;  
item non est ualde deprecabatur, sed quasi propulsabat,  
& defensabat inuidiam. Quod græci propinqua si-  
gnificatione raportū pœnū dicunt. Item pro A. Lī-  
anio similiter Cicero uerbo isto utitur. Quid inquit  
huic homini facias? Non ne concedas interdum, ut ex-  
cusatione summæ stultitiae, summæ improbitatis odi-  
um deprecetur? item in V errem actionis secundæ pro-  
œmio. Nunc uero qd faciat Hortensius? auaritiae' ne  
crimina frugalitatis laude deprecetur? an hominem  
flagitosissimum, libidinosissimum, nequissimumq; de-  
fendat? sic igitur Catullus eadem se facere dicit,  
quærens ueniam, quod & male diceret ei palam, re-  
spueretq; & recusaret, detestareturq; assidue, & tu-  
men eam penitus deperiret.

Quis omniū primus libros publice præbuerit le-  
gendo. Quātusq; numerus fuerit Athenis ante cla-  
des persicæ librorum in bibliothecis publicorum.

## Caput XVII.

Ibros Athenis disciplinarum liberalium  
publice ad legendum præbendos primus  
p sūisse dicitur Pisistratus tyrannus. De-  
inceps studi⁹, ius, accuratiusq; ipsi Athenienses auxe-  
runt. Sed omnem illam postea librorum copiam

A. GEL.

Xerxes Athenarum potitus, urbe ipsa præter ar-  
incensa abstulit: a portauitq; in Persas. Hos porro  
bros uniuersos multis post tempestatibus Seleucus  
qui Nicænor appellatus est: referendos Athenas  
rauit. Ingens poste a numerus librorum in Aegy-  
pti Ptolemæis regibus uel conquisitus, uel confis-  
tus, ad millia ferme uoluminum septingenta. Sed  
omnia bello priore alexandrino, dum diripi-  
ciuitas, non sp̄ote, neq; opera consultata, sed a milib⁹  
forte auxiliarijs incensa sunt.

A V L I G E L L I I N O C T I V M A T T I C

R V M C O M M E N T A R I I . L I .

B E R S E P T I M V S .

Admiranda quædam ex annalibus sumpta  
P. Africano superiore. Caput I.

Vod de Olympiade Philippi regis-  
tre, Alexandri matre in historia gra-  
scriptum est, idē de P. Scipionis quoq;  
tre, qui prior Africanus appellatus  
memoriæ datum est. Nam et Caius O-  
pius, et Iulius Higinus, alijsq; qui de uita, et rebo-  
Africani scripsérunt: matrem eius diu sterilem es-  
timatam tradunt. P. quoq; Scipionem, cum quo nup-  
erat, liberos desperauisse. Postea in cubiculo, atq; in  
cito mulieris, cum absente marito cubans sola obdo-  
misset: uisum repente iuxta eam cubare ingentem a-